Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



dicunt. in omnib⁹ litigant dicit ad eos. quo indignos uos
fecistis gr̄a d̄i. ex hoc iam ad gentes ibim⁹. Post hec g̊ fodit t̄ciū
puteū. ysaac. & appellauit nom̄ loci illi⁹ amplitudo dicens. Quia
nunc dilatauit nos dn̄s. & auxit nos sup t̄ram. Uere enī dilata-
tus ē ysaac & auctū ē nom̄ ei⁹ sup omnē t̄ram. cū adimpleuit
nobis scientiā trinitatis. Tunc enī tantū in iudea notus erat d̄s.
& in isrl̄ nom̄ ei⁹ nominabat. nunc autē in omnē t̄ram exiit son⁹
eorū. & in finē orbis terre uerba eoꝝ. Exeuntes enī pueri ysa-
ac p uniuersū orbe t̄re foderunt puteos. & aquā uiuā om̄ib⁹
ostenderūt. baptihantes om̄s gentes. in noīe patris & filii. & spc̄ sci.
Dn̄i ē t̄ra & plenitudo ei⁹. S; unusquisq; nr̄m qui uerbu d̄i mini-
strat puteū fodit. & aquā uiuā querit ex qua reficiat audito-
res. Si g̊ incipiā & ego ueterū dicta discutere & sensū in eis que-
rere spiritale si conatus fuero uelamen legis amouere & os-
tendere allegórica ēē que scripta sunt. fodeo quidē puteos.
s; statim m̄ mouebunt calupniā amici littere & insidiabunt
m̄. inimicias c̄tinuo & p̄secutiones parabunt ueritatē ne-
gantes stare posse nisi sup t̄ram. S; nos si ysaac pueri sumꝰ.
puteos aque uiue diligam⁹ & fontes. alitigiosis & calupniato-
rib⁹ recedam⁹ & relinquam⁹ eos in t̄ra quā diligunt. nos ů nū-
quā cessām⁹ puteos aque uiue fodiendo. & nunc quidē uete-
ra. nunc & iam noua discutiendo. efficiam̄ similes illi euglico
scribe. de quo dn̄s dixit. quia p̄fert de thesauris suis. noua
& uetera. S; & si q̄ eoꝝ nunc audiat me disputantē. q̄ sc̄lares
litteras nouit dic̄ fortassis. nr̄a sunt ista que dicis. & nr̄e ar-
tis eruditio ē. hec ipsa que disputas & doces. nr̄a eloquentia
est. & mouet m̄ lites uelut phylistin⁹ quidā dic̄s. quia in meo
solo fodisti puteū. & uidebit sibi merito uendicare que p̄pe
terre sunt. Verū ad hec respondebo. quia habe om̄is t̄ra
aquas. s; qui phylistin⁹ ē & t̄rena sapit nescit in om̄i t̄ra inue-
nire aquā. nescit in om̄i anima inuenire racionabile sen-

196